

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Festing


**Programma Quo Nobilissimos Iurisprodentiae Cultores Studiosos Ad  
Praelectiones Publicas Super Institut. Imperial**

Rostochi[i]: Keilenbergius, 1682

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742474518>

Druck    Freier  Zugang





M\_125x(4) 2.4.

1682.

# PROGRAMMA

Nobilissimos <sup>Quo</sup> Jurisprudentia  
Cultores Studioſos

*Ad*

## Prælectiones Publicas

Super Institut. Imperial.

<sup>Quas</sup> Volente DEO

D. A. MDC LXXXII. HORA. MATUTIN

auspicabor,

Benevolè audiendas,  
Eā, qvā par est, humanitate  
invito.



JOHANNES GESTING/ J. Doctor,


& Ducalis Insti. Imperial.

Professor Publ. Ordinarius.



ROSTOCHI,

TYP. VID. B. KEILENBERGI, UNIVERS. TYPogr.



Uo præprimis ad sunt media,  
qibus salus reipubl. servetur atque civium,  
arma & leges. etenim perdita adeo ho-  
minum ætas, ut, ni ex armis sit præsidium,  
spoliis & rapinis cedant omnia, & vecors  
hostium malitia igne, ferro, laqueo perdat in-  
nocentes. Hinc præmiis excitatur defensorum

virtus, & vulnera laurus tegit, perpetuus virtutis honos. Sed  
isthæc qvidem hostium insidiae parant munera. Qvis a legum-  
nescit necessitatem? ecce hominum mentes frænis indigent,  
& poenarum metu bonos facere; qvin præmiorum etiam ex-  
hortatione satagit jurisprudentia. Eapropter adsint opus est,  
qui legum vim noverint & efficaciam, qibus constans fit vo-  
luntas jns suum cuig, tribuendi. Ut verò est natura hominum:  
depravata omnium, qvoniam nec verum qvisque dicit; nisi  
monitus & fallitur unâ die centies & labitur homo justus; id-  
circo juris exoptamus sacerdotes, qui æquum ab iniqvo se-  
parent ex juris regula, & exemplum sibi sumant, qvodqvod  
dedit studiis indefessis tot seculorū prudens antiquitas. Hoc opus,  
hic labor. Ergo pro labore aurū & pretiosa honorum ornamen-  
ta, qvæ statuerunt Divi Principes Optimi. qvandoqvidem ex præ-  
miis alacritas & indefessus eorum cursus, qibus ex sudore  
laurus. Doctorum præmia & honores dedit veneranda Prin-  
cipum clementia, ut toto opere legitimo perfecto gaudeant de-  
studiis et amplius sacra faciant justitiae. Qyinimo familiares  
sibi & amicos adsciverunt Principes, qvorū eruditionem & peri-  
tiam exploratam habuerunt; adeoq; & intra Musarum castra  
& extra præmiis pensata virtus.

Cæterū, ut nunquam non virtutis & honoris comes invidia,  
ita surrexerunt fraterculi gigantum, qui infringere Doctoralis  
digni-

*dignitatis florem summis laborarunt studiis.* Etenim commenti  
literorum hostes, insignia Doctoralia ex rudimentis peti atq;  
tribui, odiis compleverunt omnia ac convitiis, & vixdum manus  
retraxerunt impias, qui Apollinem Plutoni subjectum diu volu-  
erunt, & suppressam Palladem. Qyanquam satis arguant calu-  
mnias *insignes viri*, quorum radiis coruscat literorum mun-  
dus, neque, qvod in paucis vitium committitur, omnibus sit  
exitio vertendum, sed qui meruerunt. *Nulla hominum con-*  
*ditio absq; criminis.* Attamen nequeo diffiteri, ex ipsis sa- vid. Matth.  
pius Academiis ad reprehendendum dari ansam, quando digni- Bernegg mi-  
tates nulla eruditionis eminentioris habita ratione iis conse- scell. obser.  
runt, quos commeruisse nuspia applauditur. His ac-  
cedit malis, qvòd multi quoque eruditorum (ut proh dolor!  
nunc qvidem freqvens eorum morbus *maledicentia* & contem-  
ptus proximi) autores sint iisdem, qui literatos male criminan-  
tur. quippe quia quisque gestit solus lapere, sugillat aliorum fa-  
mam, iis detrahit eruditionis existimationem: huic vulgus ha-  
bere fidem, malevoli assentiri, fomentum dare: mox constans  
fama, *quam expellas licet furca, tamen usq; recurrit.* adeoque  
dum in aliquibus appetit veritas, pars corrupta trahit innocentem, ut paullum absit, quin sic universi ordinis antiqua pereat  
gloria & despectui habeatur. Tantum nempe erat, *suspectos red-*  
*dere, præsertim vulgo*, malo dignitatis & virtutis judici. interea  
verò *turdus ipse sibi malum cecat.* Sed quousque nostris malis  
moribus non pergit *reipubl. literarie* calamitas, quæ (dicam  
audacius) hoc solo dignitatis Doctoralis fulcro *præprimis* adhuc  
valet? quandoqvidem qvod suo quondam tempore minimè ex-  
culandum pronunciabat *Zasius* insigne illud Germaniæ decus, Orat. II. pag.  
plures mentis elatione & quadam quasi arrogantia inflati sper-  
nunt isthæc, quæ laudavimus, fastigia; alii etiam qvod effectu  
quæsiverunt, *dissimulare* volunt *nomine.* Verùm illos qui-  
dem puto aut nescire dignitatis rationem & officium Doctoris,  
aut à quovis vulgi insipientis strepitu moveri, impares tenebris  
discutiendis, suarumque virium satis consicos: *bos* verò  
qvo appellem nomine, aptius ullum nescio, quām qvod-  
cunque dedit suis librorum contemptoribus Richardus de Burj

Episcopus Dunelmensis, Eduardi III. Anglorum Regis Cancel-  
lin. Philobiarius, & Thelaurarius regni. Scilicet progeniem viperarum,  
blic cap. 4. nuncupabo, parentes proprios perimentem, atq; semen nequam  
ingratissimi eculi, que cum vires acceperit virium largitatem  
suam nutritur necat. etenim etiam si sepius hoc quod re-  
portarunt testimonium his crearat quem petiere locum, cum  
eisdem hoc praetextu destitutis vix a superiore procurassent  
istum promotores; attamen degeneres sunt invicem, & quod  
sublevavit, pedibus conculcare necquicquam metuunt. Ast  
verò quis nescit horum gregem illos ducere, qui impudentissi-  
mi honorum lectatores, eorum, quos ab eruditione nacti,  
non sine erubescente vultu meminerunt. ipsi enim, ne cum no-  
mine oggeratur ignominia memoria, quando fortè efficiolo be-  
ati, vel libi fallam generis arrogant nobilitatem, quam parentes  
nunquam somniarunt, vel emendicatam gloriantur. Doctorē his  
vid, Lans suis umbris longè inferiorē putant, aperti sui ordinis osores atq;  
Mantiss. Cō- pessimi. Scilicet ignorantēm gloriōsius esse, utraq; nobilitate (si  
fultat. de qva ipsis est) & generis & eruditioñis inclare scere. Longè autem  
prærogat certamine diversissima ab his existit ratio Illustrium Virorum, quos feliciter  
quod est in- ad supremos honorum gradus evexerunt splendidissima in-  
ter milites & suos Principes merita; etenim si omittant titulum Doctoris,  
literatos p. quem anteā promeruerat egregia & culta eruditio, (quis autem  
m. 98. 99. hoc vortet vitio, qvja nunc majori lucent lumine?) ramen-  
tanto fovent studio literatos, tantaq; proseqvuntur benivolē n-  
tia honores eorundem, ut Mecenates unusquisq; experiatur  
& veros Doctoralis dignitatis promotores. adeo istis solis cu-  
ra vertitur hanc abolendi dignitatem, qui re ipsa deteriores.  
Sed neque peccant, qui Doctoris titulum haud affectant, ci-  
tra tamen contemnendi animum, si fortean aulis Principum de-  
stinati ex imis superiora qvarere prudentes satagant, vel Doctoris  
manere & officio alii fungi haud quidem statuant. Scilicet, ut  
ab illis discedamus, quos extra omnem positos censuram & mo-  
destiā insignes aestimo, maximè deprædicanda venit horum vir-  
tus, qui ambire nesciunt, quod postea non erunt obituri. quan-  
doquidem si custodia legum sit annexa Doctorali dignitati, ut qui  
hac insigniuntur, doceant majori autoritate & interpretentur  
leges

leges, tum scientiae earundem afferenda potestatem ex publico vid. Zas. a.  
recipiant Majorum more, certe laudabiliter hi agunt, qui etiam orat. II. p. 31.  
si docti abstinent, dum Oeconomiae curam dabunt ex redditibus  
beati, vel exspectant munera quae absq; Ordinis judicio recte  
deferuntur, nunquam publice Interpretes futuri legum, vel P4-  
troni. Sed hodie de Invidia, quæ literarum premitur, saltet  
non opprimitur vera gloria. Qvisquis autem est B.L. qui ne-  
scit calamitates quas extra Musarum circos patitur literatorum  
ordo? etenim quia patet eruditis aula Principum, iisq; aperiun-  
tur sacra & secreta, curules sellæ ac subsellia adornantur, magis  
fremit hostis, invidiæ stimulis excandescens, successus carpit,  
notat, mordet.

Virgil lib. 9.  
Aeneid.

*At veluti pleno lupus insidiatus ovile  
Cum fremit ad caulas, ventos perpeffus & imbreces  
Nocte super media: tuta sub matribus agni  
Balatum exercent: ille affer & improbus ira  
Savit in absentes; collecta fatigare edendis  
Ex longo rabies & siccæ sanguine fauces.*

Sic vera loquor, nihil magis est in votis hostibus, quam ut secu-  
la ferant Domitianos & Licinios, qui expulsis sapientiae Profes-  
soribus omnes bonas artes in exilium agant tanquam pestes reip.  
Hinc literatos & peritos legum arguunt pulvere scholastico sor-  
didos, sepultos libris, qui præter sebasticam *juris scientiam* Saavedr.  
nihil conferant ad utilitatem Principis. Animum, alioquin Symb Polie.  
contemplationi scientiarum nimiopere intentum, in rebus 4. pag. 31.  
agendis tardiorem esse, atque in decernendo timidiorem:  
necessè enim esse huic tali multæ occurrant rationes pugnantes  
inter se & differentes, quæ judicandi libertatem aut adimant  
penitus aut impedian. Accedit argumentum ab *immortalis* vid. Parthen.  
*tate lirium*, quorum exitum vix nepotes sperant. quandoq; videm litigios. lib.  
non modò hominum plerumq; sed feræ & vivaces cornicula- 1. c. I. n. 23.  
rum & cervorum ætates superant; adeoq; sic paratur bellum juris- & seq.  
prudentiae. Quinimo causantur insuper tendiculas verborum, Steph. Na-  
aucupationes syllabarum, processuum subtilitates atque fabulas, then, d. Ju-  
quæ comitem æri alieni atque litio miseriam indubie pro mit- fit. vulner.  
tunt, nedicam, quod objicitur almæ jurisprudentiae, nullam cau- 1. a. tit. 2. c. 1.

A3.

Sam.

Tam adeò claram reperiri, quæ non lege aliquâ obscuretur,  
nullam adeò improbam, cui non singatur color; artem factam  
esse causidicinam, & peritè captare aut capere, habere laudem.  
Nolo recensere, qvod Princeps optimus Justinianus ferat præ-  
mium qvi Romanas leges (ast qvam pulca gentium placita!)  
reliquit orbi. Etenim qvia de Nomothesia Justinianæ  
alio die ( si Deus annuat ) ero disserturus, nunc saltem moneo,  
fuisse, qvod autores beneficiorum ab ingratibus ferre solent, pro-

vid. Zwing. meritis odium. Ecce hujus libros aversantur, & cum illo Vene-  
Theatr. vit. to Novellarum nomina inter meretrices, qvibus nullus sit in-  
human. vol. foro locus, collocare haud erubescunt. Sed exemplum urgent  
6. lib. 10 p.

1576. qvod Pannonia dedit expellendo Juris Consultos cum Romani  
Ludov. Vi- juris gyris & cuniculis. Scilicet cum olim paucis Legibus, Pan-  
nes d. causis noniis illis, non Romanis, judicarent judices, & dissensiones  
corrupt. at- civium facile compouerent; postea ubi ex Italia JCTos illinc co-  
tium, lib. 7.

mites adduxit Beatrix Ferdinandi Regis Neapolitani filia, qvi ex  
moribus Romanorum atq; legibus jura reddere occœperunt;  
mox freqventia controversiarum, qvæ suboriebantur, coactus  
Rex Matthias, à regni finibus eos jussit cedere, omniaq; in  
pristinum revocari morem. Tædet amplius referre adversari-  
orum argumenta & historias, qvibus gloriantur, contra juris-  
peritorum gloriam centies repetitas. Qyamvis neq; eam silere,  
qvod nimium oggerant Imperatoris Friderici III. autoritatem  
qui juris peritos mediocriter dilexit, qvod juris æqvitatem di-  
ceret ab illis inverti, iustitiamq; sedari. Hinc sub incude fuisse

Hippol. Al- istam Imperatoris Constitutionem, referunt, qvâ legitæ (et  
pide in Præ- fat. ad Lect. vocant) à judiciis privatis arcerentur & consiliis publicis. Das

alle Doctores der Rechten im heiligen Römischen Reich Deutscher  
Nation, am Cammer Gericht / bey keinen Rechten/ und in keines  
Fürsten / oder andern Rähten mehrgelitten / sondern ganz abge-  
than werden sollen: Weil ihnen das Recht mehr/dam denleyen  
verschlossen ist / und kan ihrer keiner einen Schlüssel darzu finden/  
bis beyde Theil arm werden / oder gar verborben sind. Sie sind  
Stieff-Väter / und nicht die rechten Erben der Rechten / dann sie  
nehmen ihnen den Grund der Wahrheit; und bringen durch ih-  
ren unordentlichen Geiz das Recht zu einem solchen Unglauben  
dass kein Grömmen sein Vertrauen darin mehr sezen kan.

Pro-

Profecto habent leges, quare sibi indies metuant perniciem.  
quandoqvidem non defunt, qui Principum potestatem supra  
ipsam evehunt iustitiam, *Si liber licet*, pessimâ voce Principis  
aures implent, exitio hominum nati nebulones; qvibus quanti  
pretii habeantur leges atq; jurisprudentia, in aprico est. Acce-  
dunt his meliores, sed neque boni, qui bono rege qvam bonâ  
lege frui malunt, ita tamen, ut à boni regis folio omnes leges  
exulent, & arbitrium Principis nulla formet regula, utpote  
qvod ipsum cujuscunq; norma atq; regula. Magistratum  
potentiam & autoritatem putant minui, si legibus adstringatur,  
& servire hisce turpe censem & eorum vinculum, qui in erga-  
stulis miseram agunt vitam: probandos esse primos Romano-  
rum mores, qvibus ab initio scriptæ leges nullæ, sed pro legi-  
bus Edicta Regum & arbitria Principum. Hinc inanis ipfis  
Jurisperitorum schola & indignum isthoc aulis studium vide-  
tur: qvinimò silentii necessitatem in foro legibus imponunt,  
iisq; pandunt judiciorum atria & adornant judicum subsellia,  
qui ignari legum atq; imperiti non nisi ex arbitrio jura dicunt.  
Quandoqvidem esse in unoqvoque homine rationem arbitran-  
tur, qvam secuti boni viri recte judicare queant, sicut Demo-  
stenes contra Aristogitonem dixit. qvamvis nullis ratio ex-  
emplis excitetur, aut ex arte sumat incrementum. Cæterum,

*Quid invidorum pectorum  
Strumas retexam turgidas;  
Quid purulenta Glivida  
Malignitatum vulneras.*

Sub onere surgit palma, & suam tenet dignitatem Jurispruden-  
tia, qvicq; freat malevolorum cohors. Namq; digni-  
tatis Doctoralis splendor nondum penitus evanuit, & privile-  
gia atq; immunitates hactenus non denegantur, nisi forsan hi  
potiti rerum fuerint, qui humanitatem omnem abjurarunt, nec  
qvicq; salis capiunt, etiam si *Jalo immergantur*. Equidem  
non sine animi delectatione memini, qvam pulcre, eleganter,  
atq; eruditè contra invidorum impios insultus dignitatis Docto-  
ralis causa haud ita pridem fuit dicta, sanè à Patronis, qvos  
exposcit causa, optimis. qvapropter silo, cū ad flumen istud pro-  
fundissimum ingenii & eloq; nec qvicq; amplius opus sit,

*tivis*

trivis aliis. Quousque autem pergit hominum invidia, qui ab  
de Concil. aulis Jurisprudentiae exilium postulant? Hanc contra ipsos  
& Consiliarii causam dicat Politicorum coryphaeus Hippolytus à Collibus.  
Hic enim absurdum putat, quia in Consistorio Principis ex-  
tra ordinem sapientia iudicaria incident & leges sint firmissima  
Imperiorum fundamenta, omnium artium & scientiarum mo-  
deratricem & architectonicen ignorare Consiliarium. Sæpe  
novas leges condendas, sæpe in proditores, peculatores, am-  
bitus & maiestatis reos & strrones animadversendum. Sed  
& inter Principes tales exoriri possunt controversias, de quibus  
in magno Consistorio agatur. Quoties nempe agi de jure ali-  
cujus Civitatis? de jure portus, agri, fluvii; unde sevi de causa  
sæpe bella nascantur. &c. Certe; res sanctissima est Civilis sa-  
Chock. the- pientia, necessaria laudabilis que, honoris plena, sacra Philolophia,  
faut. Politic. veranom simulata, cuius finis utilitas publica & reipub. procu-  
aphorismi, ratio. quare Cato Major sextum & octogesimum annum agens,  
j. c. g. prudentissimus, intelligens ad reipul. administrationem  
legum cognitionem oppidò necessariam, id est, ut juris  
Civilis quoque esset perutissimus. Nec eruditio menti frænum  
injicit, sed erigit, & pugnantes rationes solide & prudenter pen-  
sitare docet, judex ejus, quod cuique tribui æquitas postulat. Ad-  
hæc oculas hominum mentes, o pectora coeal! adeon, legum  
omnem vim abolendam putant hostes jurisprudentiae, & ju-  
stitiam ex solo Principi, quin cujuscunqve judicis arbitrio  
administrandam. Potius optimam tempopl. appellant Politicorum Principes Plato & Aristoteles, in qua non singuli aut  
plures ad nutum suæ voluntatis imperant, sed in quâ lex tantum  
dominatur. Etenim, ne in legum assurgamus nunc præconia,  
quibus Tullio opus est, hoc tamen liquet, duo præprimis esse,  
quæ earum invadent necessitatem, equalitatem scilicet civium  
justissimam, & aequalitatem, quibus scatent hominum animi, mo-  
derationem. Sane Principis placitum legis habet vigorem,  
adeoque in ceteris obtinet, & principi tribuit inclytum legislatoris nomen; nî velit vim justitiae inferre, diversis in eadem  
causa diversa jura reddere, & sic leges condere in diem dura-  
tras. Privilegia vero si quis velit Principum sententias omnes  
dicere, videat, annon sit Tyrannidis principium, cunctas civi-  
um

um possessiones & fortunae eo modo incertas facere. *Nosrum* Cassiodor.  
est proprium, ait Theodoricus Rex, inter pares & dispare lib. 5. var.  
aequalibet justitiam custodire. Attamen, ut verbis Taciti ele- ep. 29.  
gantioribus, quæque præferunt politicæ scientiæ splendorem,  
utar; non potest princeps suâ scientiâ cuncta complecti, ne- lib. 3. Annal.  
que expedit, ut ambitione aliena trahatur. Ideò leges in facta cap. 69. ubi  
constituuntur, quia futura in incerto sunt. *Satis onerum Prin-* Cæsar.  
*cipibus.* Hinc legum opus est præsidio, quærum, teste Tullio, lib. 4. d. orat.  
finis est, legitimæ atque usitatæ in rebus causisq; civium æqua- cap. 41.  
litatis conservatio. Oportet constitui in civitate normam fa-  
ciendorum & fugiendorum, coercionem delictorum, quæ de-  
industria & fortuito committuntur, civitatis commune pactum:  
cui vivere convenienter, omnes, qui sunt in urbe, debent, si-  
cut contra Aristogitonem legum violatorem dixit Demosthe- Orat. priori,  
nes. Nec Principis arbitrium justitiae semper sufficit, licet enim pag. m. 83a.  
ipse haud facile affectum illecebris capiatur, attamen ex con-  
siliis eorum, qui amicitiæ multum tribuunt, aut corrupti donis  
aut odio incensi partes agunt, nonnunquam à vero tramite  
deflectere necessum habet. Ne dicam, quod sapienter scri-  
psit Guicciardinus, verissimum esse, non semper homines sapien-  
tes videre perfectè & judicare, cum signa non raro humanæ  
imbecillitatis existant necesse sit. Experti veteres Romani, quas Liv. lib. 36.  
turbas dederint *arbitraria Consulum judicia*, quamobrem Te- Dion. lib. 36.  
rentillus Arsa Trib. pl. rogationem promulgavit de legibus Im- Arnis. relect.  
perio consulari scribendis, quæ rogatio tandem in novam le- Polit. l. 2. c.  
gem de Decemviris creandis mutata fuit. Nec alià ratione 4. sect. 3 n. 56.  
motus Cornelius Trib. plebis de Edictis perpetuis (cum Praeto-  
rum annua Edicta incertum relinquerent populum) legem tu-  
lit. Exemplum quoque præbet Rudolphus Imperator, subli- Lehmann.  
mis cæteroquin ingenii Princeps, quid boni ferat, si arbitrium Chron. Spir.  
sit pro lege. Colonia Agrippina & Episcopus civitatis diutur- lib. 5. cap. 59.  
nas fovebant lites super jurisdictione. Has compositurus Im-  
perator ex arbitrio censuit: Senatus claves urbis in apertos campos  
ad duas ab ipsâ leucas ferret, & certarent cives cum Epi-  
scopi milite super earum jure, quod victori cessurum foret.  
Sententia profecto, quod Lehmamus addit, cui neque ex jure,  
neque ex æquitate, sed ex fortunâ caca & certantium robore

fundamentum; attamen vires habuit, & victores cives haud sine  
In pr. pro. ingenti utrinque clade, sanguine obtinuerunt causam. Hinc  
em: Institut sapientissimus Justinianus, Imperatoriam, inquit, Majestatem  
non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse  
armatam: ut utrumque tempus & bellorum, & pacis, rebus posse  
gubernari: & Princeps Romanus non solum in hostilibus præliis  
victor existat, sed etiam per legitimos tramites calumniantium  
iniquitates expellat, & fiat tam juris religiosissimus, quam  
victis hostibus triumphator magnificus. Quidnamq; qvalis prin-  
ceps, tales etiam magistratus inferiores atque judges. Scilicet  
desperata est civitatis causa, ubi ex arbitrio hominis indocti  
jus dicitur; nec pernoctandum in ipsa viro sapienti foret. Nam  
que si qva alii prudentia naturalis fuerit tributa, haec cupidi-  
tibus illigabitur, à qvibus leges sunt immunes: mox vero ba-  
julo vicano potestas erit judicandi, qvia contemptum legum  
talium sequitur effectus. Prudenter ait Gregorius, non modice  
est & prudentia & integratia in iudice, nihil propriæ volun-  
tati, nihil proprio forte nondum concetto stomacho indulsi-  
se, sed sanis legum & peritorum adhesione consiliis. Hoc  
nomine laudantur Lacedæmonii, qui summam rerum  
legibus detulerunt, rati eam demum fore salvam rempubl.  
ubi magistratum affectibus nullus locus, sed ex regulis sa-  
pientissimorum æqvâ lance jus cuique tribuat. Qvod  
tranquilla Spartanorum felicitas approbavit. O optimum  
igitur urbis & orbis præsidium leges, & optimos Justitiae Sacer-  
dotes, qui secundum leges jura dicunt! Ubi lex imperat, in-  
quit Philosophus, Deus præfet, cum lex sit imago Dei, ratioq; pura  
libera; ubi vero homo imperat, affectus ut  
lib. 3. Polit. cap. 12. immanis bellua adjungitur, qvæ ira, odio, cupiditate potest ar-  
gitari. Abeant contemptores legum atq; jurisprudentia, qui  
ex abusu sibi sumunt argumentum. quandoq; videm non ac-  
cusanda erit jurisprudentia, celestis disciplina & munimen-  
tum rerum publ. sed pravi homines, qui doctrinam nobilissi-  
mam, qvæ ipsis dextra porrigitur, sinistra excipiunt. Fue-  
Fr. Duaren. in orat. pag. runt isti, qvos Beatrix Regina comites adduxit in Hungariam,  
m. 1115. barbaris interpretum argutis repleti homines, magis, ad qvæ-  
sum qvam justitiae administrationem proni, qvibus lites serere-  
foment-

fomentum dare; leges ipsas obscurare, attis fuit opus. Nec  
Processus ratio corrupta, legibus atq; jurisprudentiae exproban-  
da. Etenim qvod certum litigandi modum fecerint magistratus,  
nullus recte vortet vitio. Qyandoqvidem justus iudex pro Eleu-  
therii praecepto scire debet *Judicaniem cuncta rimari oportere.*  
adeoq; fugiat necesse est præcipitantiam justitiae novercam, me-  
mor Symboli: *FESTINA LENTE.* De processuum atq; litium  
immortalitate diu uesti fuerunt docti viri & insignes Juris Con-  
sulti. Sed ærugo metallis, & omnibus rebus aliquid vitii ad-  
nascitur. Tollatur abusu & maneat usus. Qyapropter aut bar-  
bara fuit Constitutio Friderici, si unquam facta, aut facta à ma-  
levolis, aut nunquam in usum deducta, qvod Excellentiss. Fran-  
cescopolitanus J. C. T. D. Stryckius benè sentit. Verum enim verò nimi-  
um provehor, & materiæ dignitas prolixum facit. Satis autem *Avalphi*  
patet jam necessitas jurisprudentiae & præstantia, cuius adhuc *cap. 6. n. 13.*  
summo in honore est cognitio atq; interpretatio. Etenim diu  
sunt damnati *Caligula* cæterorumq; *prodigiorum* mores, qui  
Juris Consultos atro odio proseqvebantur; quorum ille palam  
non erubuit minari, Tranquillo teste, effecturum se propediem,  
ut de jure nihil respondere possent, *præterea*, hoc est, Ecce Prin-  
cipem, cuius voluntas legis loco. Potius ab Alexandro regium  
sibi sumunt exemplum Principes optimi. Huic picturam in-  
tuenti, qvæ Regis prius imaginem, deinde verò justitiae præ se  
ferebat, Philosophosque qui aderant interroganti, qvid signi-  
ficare pictura vellet: Anaxarchum respondisse legimus, à Regis  
voluntate justitiam procedere, nam Alexandro assentari vole-  
bat. Id agrè ferens Philosophus alter respondit, minimè rem  
eo modo interpretandam esse, Regem enim à justitia secedentem  
privati potius quam Principis officio fungi. Qyo factum est, ut  
amicus semper is ab Alexandro appellaretur. \* Imitantur Princi-  
pes optimi exempla Augusti Cæsar, Vespasiani, Trajani, Ha-  
driani, & aliorum, qui Juris Consultos Consiliarios habuerunt,  
& rempubl. ex consiliis eorum prudentissimè, & justitiam  
juxta leges optimè administrarunt; sicut eorum tribunalia  
legum præconiis, & propulsatur ignorantium protervia; patent  
regiae domus Jurisperitis, & qvod sapientum proprium est, ad  
jus

Oldendorp  
de Excep.  
p. 126.

Sveton in  
vitæ Caligul.  
cap. 37, ibi qz  
post Rutgers.  
Schild. & a-  
lli. vid. Cow-  
nan. I. 1. c. 15.


\* Sunt verba  
Bellisarii de  
Educat Prin.  
cip. p. m. 14.  
in fin.

ius dicendum eliguuntur, qui didicerunt. O studium igitur Ju-  
risprudentiae nobilissimum, quod amplissimis decoratur præmiis!  
O felices eos, qui huic studio nomen profitentur atque ope-  
ram impendunt! In hoc summa ope curaque incumbite, Ju-  
venes nobilissimi, vobis enim parantur præmia; contemnите  
malevolorum strepitum, summi enim Principes laudabunt di-  
ligentiam; querite laurum, cuius dignitatem suspectam redde-  
re quod magis laborarunt invidi, ita vos eandem illustrare studi-  
um impendite. Non remoratur canum latratus viatorem. Hanc  
gratiā cum Philippo reddite conytiatoribus, ut ipsi meli-  
ores reddamini; convincite illos mendacii. Absit omnis diffi-  
dētia, quae plerumque Juvenes avertit; nec difficultas operis  
terreat honesta pectora. Radices arborum atque artium amarae  
sunt, sed fructus dulces EX DURIS GLORIA. Evidem mea  
studia vestris consecro utilitatibus, Commitiones optimi, fru-  
timini, si vultis. exigit officii ratio & sincerus amor, quem  
vobis defero, & desiderium vestri commodi, cuius incremen-  
tum precor; faxit DEUS maximum! Nunc igitur Institutiones  
juri interpretabor legitimæ scientie prima elementa, in quibus  
breviter expositū est, & quod antea obtinebat, & quod postea de-  
seruit in umbratum, Imperiali remedio illuminatum est. Ver-  
borum autem, sicut veteres volebant, quædam mihi erit parsi-  
monia, & Justiniani sequar institutum, ut primò levi ac sim-  
plici via singula tradantur, quæ post deinde diligentissima atque  
exactissima interpretatione aliunde haurietis. Quanquam  
insuper operæ ducam pretium, præfatione quadam More Ma-  
jorum hoc ordiri negotium. Quapropter de JUDICE IMPE-  
RITO dicam, quia primus Jurisprudentiæ finis per judices  
Imperitos maxime destruitur. Quam Orationem & futuram  
institutionum interpretationem ut crastino & sequentibus diebus  
frequentes audiatis, est quod desidero. Excitat auditor  
studium, Dabam è Museo. A.O.R.


M. DC. LXXXII.







fomentum dare; leges ipsas obscurare; attis fuit o  
 Processus ratio corrupta, legibus atq; jurisprudentia e  
 da. Etenim qvod certum litigandi modum fecerint ma  
 nullus recte vortet vitio. Qvandoqvidem justus Judex  
 thierii præcepto scire debet *Judicantem cuncta rimari*  
 adeoq; fugiat necesse est præcipitantiam justitia nover  
 mot Symboli: FESTINA LENTE. De processuum at  
 immortalitate diu uesti fuerunt docti viri & insignes Ju  
 sti. Sed ærugo metallis, & omnibus rebus aliquid  
 nascitur. Tollatur abusus & manca usus. Qvapropter  
 bara fuit Constitutio Friderici, si unquam facta, aut si  
 levolis, aut nunquam in usum deducta, qvod Exellen  
 cofurtanus J. C. T. S. Stryckius benè sentit. Verum enim v  
 um provehor, & materiæ dignitas prolixum facit. Sa  
 patet jam necessitas jurisprudentiae & præstantia, cui  
 summo in honore est cognitio atq; interpretatio. Et  
 sunt damnati *Caligula cæterorumq; prodigiorum* in  
 Juris Consultos atro odio prosequabantur; qvorum il  
 non erubuit minari. Tranquillo teste, effecturum se pri  
 ut de jure nihil respondere possent, *præterea*, hoc est, I  
 cipem, cuius voluntas legis loco. Potius ab Alexandro  
 sibi sumunt exemplum Principes optimi. Huic piet  
 tuenti, qvæ Regis prius imaginem, deinde verò justit  
 ferebat, Philosophosqve qui aderant interroganti, q  
 ficare pictura vellet: Anaxarchum respondisse legimus  
 voluntate justitiam procedere, nam. Alexandro assen  
 bat. Id ægrè ferens Philosophus alter respondit, mi  
 eo modo interpretandam esse, Regem enim à justitia sec  
 privati potius qvam Principis officio fungi. Quo fact  
 amicus semper is ab Alexandro appellaretur. \* Imitanti  
 pes optimi exempla Augusti Cæsar, Vespasiani, Tra  
 diani, & aliorum, qui Juris Consultos Consiliarios ha  
 & rempubl. ex consiliis eorum prudentissimè, & i  
 uxta leges optimè administrarunt; sicut eorum tri  
 legum præconiis, & propulsatur ignorantium protervi  
 regiae domus Jurisperitis, & qvod sapientum propriu



the scale towards document

adory  
Excep<sup>s</sup>

de Jure  
(Qd<sup>B</sup>  
n. 13<sup>o</sup>

on in  
Caligul.  
7. ibiq<sup>s</sup>  
utgers.  
d. & a.  
d. Co.  
i. c. 15.

t verba  
arii de  
at Prin.  
m. 14<sup>o</sup>